

Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Haymonis, Episcopi Ante DCCC. Circiter Annos
Halberstadensis, Historiae Ecclesiasticae, Sive De Rervm
Christianarvm Memoria, Libri X**

Haimo <Halberstadensis>

Helmestadi[i], 1671

Cap. VII. De egregiis Praelatis Ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10968

De eodem.

Qui bene in Canone missæ, post celebrationem Sanctorum Apostolorum cum egregiis martyribus ponitur. Nam qui valide Deum & Christum ejus, ob insignem fidei confessionem, ob clarissima scripta & facta, promeruit, valide potest pro nobis supplicare, ut vere dignissimus & hæres Petri Apostoli, tam morum, quam cathedræ successione.

C A P. VI.

De Successore Ignatii.

Post ignatium Heros successit in Episcopatum, quo tempore floret, vir æque insignis, Quadratus, celebris in prophetica gratia, cuius etiam opuscula habentur.

C A P. VII.

De egregiis Prælatis Ecclesiæ.

Longum est enumerare de singulis rectoribus, quæ fecerunt in Ecclesiis post Apostolos. Vnde illos commemorabimus, quorum fides ad nos pervenit & prædicatio, quorum exemplis erudita & solidata est Ecclesia, qui ardentiore Philosophia verbo Dei se consecrarunt, &c, ad salutare præceptum, primo in indigenibus sua dividentes, ad prædicandum expediti, Evangelistarum functi sunt officio. Quos etiam, ut Apostolos, in initio fidei comitata est Spiritus Sancti gratia, & miraculorum præpotens secutus est effectus.

De

ECCLESIAE LIB. IV.

De quorum numero Cerdon Alexandrinus Episcopus
de quo supra dictum est, qui XII. anno Trajani Prin-
cipatus obiit. Succedit quidam, Primus nomine, quar-
tus ab Apostolis.

37

CAP. IX.

De morte Evaristi, & successione Alexandri
Romani Pontificis.

Evaristus quoque Romanus Pontifex, post octo epi-
scopatus annos obiit; Alexandro, venerabili & A-
postolico viro, succedente.

CAP. IX.

Quomodo Iudei sternuntur digna cæde sub Trajanō,
Interea, crescente Ecclesia, Iudei seditionem moven-
tes Alexandriæ, & per Ægyptum, & per diversas ter-
ras, digna & innumera cæde sternuntur sub Trajanō.
Trajanus XX. annis, sex mensibus minus, regnat.

CAP. X.

De morte Trajani.

Quo XX. annis, sex mensibus minus, Principatu per-
functo, huic Adrianus in sceptra succedit.

CAP. XI.

Regnum Adrianii.

Tunc Quadratus, discipulus Apostolorum, de quo su-
pra meminimus, & Aristides Atheniensis, scri-
bunt libros de Christiana religione ad Adrianum; qui li-
bri habentur insignes; ut Apostolicæ doctrinæ, & ma-
gnorum ingeniorum indicia. Alexander Papa sedet x.
annos.

E 3

CAP.